


GUILLELMUS PETRI
DE GODINO

THOMASINA

LIBER I ET II



GUILLELMUS PETRI DE GODINO

THOMASINA

LIBER I ET II

EDIDIT MIKOŁAJ OLSZEWSKI

WYDAWNICTWO W DRODZE – INSTYTUT TOMISTYCZNY

POZNAŃ – WARSZAWA

2024

Scientific editing: Anna Ledzińska
Translation of the Introduction: Julita Mastalerz

This publication is the result of research financed
by the National Science Center (Poland) within the project:
*Narodziny tomizmu. Edycja i studium Lectura Thomasina
Wilhelma z Godino* (no. 2015/19/B/HS1/03298)

Cover: DIDEA – Aleksandra i Marcin Gonciarz
Image on the cover: Tommaso da Modena, *William of Godin*
(fresco from the convent of St. Nicholas in Treviso)

© Copyright for this edition by Wydawnictwo W drodze, 2024

ISBN 978-83-7906-780-0 (set)
978-83-7906-778-7 (vol. 1)

Wydawnictwo W drodze
ul. Kościuszki 99, 61-719 Poznań
www.wdrodze.pl, sprzedaz@wdrodze.pl

Instytut Tomistyczny
ul. Dominikańska 2, 02-738 Warszawa
www.it.dominikanie.pl, it@dominikanie.pl

CONTENTS

Preface: the Dominican knot	XIX
-----------------------------------	-----

INTRODUCTION

1. Manuscripts	XXI
2. Authorship and title	XXII
3. Dating	XXV
4. Characterisation of the manuscripts of the <i>Thomasina</i>	XXVII
5. The scheme of affinity and derivation	LIV
6. The similarity of text variants in different manuscripts ..	LX
7. The division of the text	LXXXV
8. Conclusion	CXVII
9. The quality of the codices	CXX
10. The principles behind the present edition	CXXII
Abbreviations	CXXIX

APPENDIX: DESCRIPTIONS OF MANUSCRIPTS

Berlin, Staatsbibliothek Preussischer Kulturbesitz, Theol. lat. 557	CXXXI
Napoli, Bibliotheca Nazionale di Napoli "Vittorio Emanuele III", VII C 30	CXXXII
Wien, Österreichische Nationalbibliothek, 1590	CXXXVI

BIBLIOGRAPHY

Abbreviations	CXLIII
Sources	CXLII
Secondary literature	CXLIV

LIBER I

PROLOG

Quaestio 1: Utrum theologia sit scientia 3

Quaestio 2: Utrum Deus sit subiectum in ista scientia 14

DISTINCTIO 1

Quaestio 1: Utrum solo Deo sit fruendum 22

Quaestio 2: Utrum in Deo sit pluralitas attributorum 26

DISTINCTIO 2

Quaestio 1: Utrum Deus sit cognoscibilis a creatura 33

Quaestio 2: Utrum anima sit suae potentiae 39

DISTINCTIO 4

Quaestio 1: Utrum in divinis sit generatio 45

Quaestio 2: Utrum ista sit vera: 'Essentia generat' 49

DISTINCTIO 6

Quaestio unica: Utrum Pater genuerit Filium natura 54

DISTINCTIO 7

Quaestio unica: Utrum in Deo sit potentia generandi 58

DISTINCTIO 8

Quaestio 1: Utrum ipse Deus sit mutabilis 66

Quaestio 2: Utrum aeternitas Deo conveniat 69

Quaestio 3: Utrum esse ita proprie sibi conveniat
quod in ipso sit idem esse et essentia 71

DISTINCTIO 9

Quaestio 1: Utrum Deus sit simplex 80

Quaestio 2: Utrum anima sit tota in qualibet parte corporis .. 82

Quaestio 3: Utrum Filius sit coaeternus Patri 88

Quaestionula 1: Utrum Filius sit alius a Patre 89

Quaestio 4: Utrum Pater et Filius sint plures aeterni 89

Quaestionula 1: Per quae verba possit generatio divina
melius exprimi 90

DISTINCTIO 10

Quaestio 1: Utrum in divinis sit aliqua persona,
quae procedat per modum amoris et voluntatis 91

Quaestio 2: Utrum in divinis sint tantum tres personae vel plures	95
Quaestio 3: Utrum possint esse tres Spiritus Sancti	96
DISTINCTIO 11	
Quaestio 1: Utrum Spiritus Sanctus procedat a Filio	98
Quaestio 2: Utrum Spiritus Sanctus distinguatur a Filio dato quod non procederet ab eo	100
DISTINCTIO 12	
Quaestio unica: Utrum Spiritus Sanctus procedat a Patre et Filio, inquantum sunt unum	105
DISTINCTIO 13	
Quaestio unica: Utrum sint plures processiones in divinis	110
DISTINCTIO 14	
Quaestio 1: Utrum sit aliqua processio temporalis Spiritus Sancti	116
Quaestio 2: Utrum Spiritus Sanctus detur nobis secundum temporalem processionem vel tantum dona eius	121
Quaestio 3: An Spiritus Sanctus detur a viris sanctis	124
DISTINCTIO 15	
Quaestio 1: Utrum missio divinae personae significat essentiam vel notionem	125
Quaestio 2: Utrum persona possit se ipsam mittere	129
Quaestio 3: De missione invisibili Filii	132
Quaestio 4: Utrum per receptionem alicuius aeterni in mente hominis anima dicatur esse extra mundum ...	134
DISTINCTIO 16	
Quaestio 1: Utrum sit ponere missionem visibilem Spiritus Sancti	138
Quaestio 2 et 3: Utrum istae species, in quibus fuit missio visibilis facta, essent verae res, utrum scilicet illa columba esset verum animal vivum sicut aliae columbae	141
DISTINCTIO 17	
Quaestio 1: Utrum ad eliciendum actum dilectionis meritorium sit necessarium ponere in voluntate aliquem habitum creatum, qui sit caritas	147

Quaestionula 1: Utrum caritas sit ex caritate diligenda	152
Quaestio 2: Utrum caritas sit accidens	153
Quaestionula 1: Utrum caritas detur secundum capacitatem naturalium	155
Quaestionula 2: Utrum homo possit scire se habere caritatem/.....	157
Quaestionula 3: Utrum caritas augeatur secundum essentiam	159
Quaestio 3: Utrum augeatur per additionem	163
Quaestio 4: Utrum caritas viae possit augeri in infinitum ..	167
DISTINCTIO 18	
Quaestio unica: Utrum donum in divinis sit personale vel essenziale	173
DISTINCTIO 19	
Quaestio 1: Utrum in divinis sit aequalitas	177
Quaestio 2: Utrum nunc temporis, aevi et aeternitatis differant vel sint unum nunc	180
Quaestio 3: Utrum veritas habeat esse in rebus vel in intellectu	181
Quaestio 4: Utrum omnia sint vera una veritate et utrum sit ponere plures veritates aeternas et utrum in divinis sit totum universale et totum integrale	186
DISTINCTIO 20	
Quaestio 1: Utrum Filius sit omnipotens	188
Quaestio 2: Utrum in divinis sit ordo	190
DISTINCTIO 21	
Quaestio 1: Utrum dictio exclusiva addita uni relativorum excludat reliquum	191
Quaestio 2: Utrum haec sit vera: 'Solus Pater est Deus'	193
DISTINCTIO 22	
Quaestio 1: Utrum Deus sit a nobis nominabilis pluribus nominibus	197
Quaestio 2: Utrum aliqua nomina proprie Deo conveniant ..	199
Quaestio 3: Utrum aliquod nomen dicatur de Deo substantialiter	200

DISTINCTIO 23	
Quaestio unica: Utrum persona significat substantiam vel relationem	203
DISTINCTIO 24	
Quaestio unica: Utrum unitas in divinis reperiatur	207
Quaestionula 1: Utrum autem aliquis numerus sit in divinis	214
Quaestionula 2: Utrum autem isti termini numerales aliquid ponant in divinis	215
DISTINCTIO 25	
Quaestio 1: Utrum persona sit aliquid commune in divinis ..	216
Quaestio 2: Utrum tres personae possint dici tres res	220
DISTINCTIO 26	
Quaestio 1: Utrum abstractis per intellectum proprietatibus remaneant hypostases distinctae	221
Quaestio 2: De sufficientia istarum proprietatum, relationum et notionum	226
DISTINCTIO 27	
Quaestio 1: Utrum intellectus agens sit principium activum in generatione verbi	229
Quaestio 2: Quomodo species intelligibilis et verbum repraesentent diversimode	235
Quaestio 3: Utrum in divinis sit Verbum	236
DISTINCTIO 28	
Quaestio 1: Utrum ingenitum sit notio Patris	238
Quaestio 2: Utrum imago in divinis dicatur essentialiter vel personaliter	240
DISTINCTIO 29	
Quaestio 1: Utrum una persona possit dici principium alterius	242
Quaestio 2: Utrum Pater et Filius sint unum principium Spiritus Sancti	244
DISTINCTIO 30	
Quaestio 1: Utrum aliquid dicatur de Deo ex tempore	246
Quaestio 2: Utrum supposito quod aliqua dicantur de Deo ex tempore significant essentiam divinam	249

DISTINCTIO 31

Quaestio 1: Utrum aequalitas in divinis dicat aliquid positive	253
Quaestio 2: De appropriationibus istorum attributorum essentialium personis	254

DISTINCTIO 32

Quaestio unica: Utrum Pater et Filius diligant se Spiritu Sancto	257
---	-----

DISTINCTIO 33

Quaestio 1: Utrum proprietas sit idem quod essentia divina	261
Quaestio 2: Utrum proprietates sint in essentia et personis et qualiter	265

DISTINCTIO 34

Quaestio unica: Utrum in divinis sint idem essentia et persona	267
---	-----

DISTINCTIO 35

Quaestio 1: Utrum Deus habeat certam et propriam et distinctam cognitionem de rebus	273
Quaestio 2: Utrum scientia dicatur univoce vel aequivoce de scientia Dei et nostra	278
Quaestionula 1: Utrum sit universalis vel particularis	278

DISTINCTIO 36

Quaestio 1: Utrum Deus cognoscat singularia	279
Quaestio 2: Utrum Deus cognoscat mala	283
Quaestio 3: Utrum in Deo sint plures ideae	284
Quaestio 4: Utrum omnia entia habeant ideam in Deo	287

DISTINCTIO 37

Quaestio 1: Utrum angeli sint in loco	288
Quaestio 2: Utrum plures angeli possint esse simul in eodem loco vel unus in pluribus locis	292

DISTINCTIO 38

Quaestio 1: Utrum scientia Dei sit causa rerum	293
Quaestio 2: Utrum scientia Dei sit variabilis	296
Quaestio 3: Utrum Deus habeat scientiam de futuris contingentibus	296

DISTINCTIO 39	
Quaestio 1: Utrum scientia Dei sit infinitorum	303
Quaestio 2: Utrum omnia subsint providentiae divinae	309
DISTINCTIO 40 et 41	
Quaestio 1: Utrum praedestinatio ponat aliquid in praedestinato	313
Quaestio 2: Utrum ad Deum pertineat aliquem reprobare ...	316
Quaestio 3: Utrum in praedestinato sit aliqua causa suae praedestinationis	317
Quaestio 4: Utrum praedestinatio possit iuvari praecibus sanctorum	321
DISTINCTIO 42	
Quaestio 1: Utrum Deus possit, quidquid alteri est possibile	323
Quaestio 2: Utrum Deus possit ea, quae sunt naturae impossibilia	326
DISTINCTIO 43	
Quaestio 1: Utrum Deus possit facere infinita actu	328
Quaestio 2: Utrum potentia infinita sit communicabilis creaturae et utrum Deus operetur in rebus necessitate naturae	332
DISTINCTIO 44	
Quaestio 1: Utrum Deus possit facere universum melius	335
Quaestio 2: Utrum Deus possit facere unamquamque creaturam meliorem	337
DISTINCTIO 45	
Quaestio 1: Utrum Deus velit alia a se	341
Quaestio 2: Utrum distinctio voluntatis divinae in voluntatem signi et voluntatem beneplaciti sit bona	344
DISTINCTIO 46	
Quaestio 1: Utrum Deus velit mala fieri	346
Quaestio 2: Utrum Deus velit omnes homines salvos fieri ...	349
DISTINCTIO 47	
Quaestio 1: Utrum aliquid possit fieri contra voluntatem divinam	352
Quaestio 2: Utrum id, quod est contra voluntatem divinam aut praeter eam, possit cadere sub praecepto, sicut scilicet quod secundum se est malum	354

DISTINCTIO 48

Quaestio 1: Utrum teneamur conformare voluntatem nostram voluntati divinae	358
Quaestio 2: Utrum teneamur conformare in voluto	359

LIBER II

PRINCIPIUM

Quaestio unica: Utrum mundus possit fuisse ab aeterno	365
--	-----

DISTINCTIO 1

Quaestio 1: Utrum creare sit solius Dei	377
Quaestio 2: Utrum creaturae sint propter Dei bonitatem, ita quod bonitas divina sit finis omnis creaturae	383
Quaestio 3: Utrum anima sit composita ex materia et forma	384
Quaestio 4: Utrum anima rationalis debuit uniri ut forma tali corpori	390

DISTINCTIO 2

Quaestio 1: Utrum omnium aeviternorum sit unum aevum	391
Quaestio 2: Utrum creaturae spirituales, ut angeli, inceperint vel fuerint creati ante mundum corporeum vel visibilem	400
Quaestio 3: Utrum possint esse plures angeli eiusdem speciei	400
Quaestio 4: Utrum caelum empyreum sit corpus lucidum	409

DISTINCTIO 3

Quaestio 1: Utrum omnes angeli reducantur ad unum genus	411
Quaestionula 1: Utrum debuerint esse substantiae separatae in magno numero	416
Quaestio 2: Utrum angeli per suam essentiam intelligant	417
Quaestio 3: Utrum angelus in primo instanti suae creationis potuerit esse malus	421

DISTINCTIO 4	
Quaestio 1: Utrum angeli fuerint creati beati	423
Quaestio 2: Utrum angeli intelligant per species innatas vel acquisitas	426
DISTINCTIO 5	
Quaestio unica: Utrum primum peccatum angeli fuerit peccatum superbiae	432
DISTINCTIO 6	
Quaestio 1: Utrum superiores angeli intelligant per species magis universales quam inferiores	436
Quaestio 2: Utrum primo angelo cadente et sociis eius debeat locus assignari	439
Quaestio 3: Utrum in daemonibus sit ordo praelationis	422
Quaestio 4: Utrum angeli statim post unum actum meriti sint consecuti beatitudinem	422
DISTINCTIO 7	
Quaestio 1: Utrum voluntas daemonis sit totaliter obstinata in malo	446
Quaestio 2: Utrum daemones verum effectum naturalem possint inducere, id est utrum possint inducere formam substantialem vel accidentalem in materia virtute propria	450
DISTINCTIO 8	
Quaestio 1: Utrum daemones possint esse intra corpora hominum	453
Quaestio 2: Utrum Deus in istis corporalibus figuris umquam apparuerit	455
DISTINCTIO 9	
Quaestio 1: Utrum hierarchiae sint connexae	457
Quaestio 2: Utrum hierarchiarum connexio et distinctio ordinum sit a natura	461
Quaestio 3: Utrum angeli secundum suas species cognoscant futura vel non entia	464
DISTINCTIO 11	
Quaestio 1: Utrum distantia localis impediat locutionem unius angeli cum alio	468

Quaestio 2: Utrum omnes angeli secundae hierarchiae in ministerium mittantur vel aliqui tantum assistant	474
Quaestio 3: Utrum singulis hominibus deputetur angelus ad custodiam sui	476
DISTINCTIO 12	
Quaestio 1: Utrum corporum superiorum et inferiorum sit una materia secundum essentiam	479
Quaestio 2: Utrum omnia, quae numerantur creata in principio <i>Genesis</i> , sint simul creata et per species distincta vel sint producta secundum successionem temporis, sicut memoratur a Moyse	486
Quaestio 3: Quomodo secundum expositionem Augustini, qui ponit omnia simul facta, posset salvari septenarius dierum	487
Quaestio 4: Utrum sint tantum quattuor coaequaeva, scilicet caelum empyreum, materia quattuor elementorum, tempus et natura angelica	488
DISTINCTIO 13	
Quaestio 1: Utrum informitas materiae tempore praecesserit formationem suam et, ut extendatur quaestio, utrum Deus potuit vel potuerit facere materiam primam sine omni forma existente	490
Quaestio 2: Utrum post opus creationis necessarium fuerit opus distinctionis et est quaerere qualiter illa, quae sunt primo creata quasi informia, per aliquos dies postea sunt distincta	496
Quaestio 3: Utrum lux sit accidens	497
DISTINCTIO 14	
Quaestio 1: Utrum supra firmamentum sint aliquae aquae, ut innuitur 1 capitulo <i>Genesis</i>	502
Quaestio 2: Utrum convenienter aquae debuerunt congregari in locum unum, qui est mare	505
Quaestio 3: Utrum convenienter die illa sint producta duo luminaria magna	508
Quaestio 4: Utrum ornatus trium elementorum, scilicet aeris, qui ornatur avibus, et aquae, quae ornatur piscibus, et terrae, quae ornatur gressibilibus, sit conveniens	509

DISTINCTIO 15

- Quaestio 1: Utrum corpora caelestia sint animata,
ita scilicet quod corpus caeleste moveatur ab intellectu
sicut a forma sua, sicut corpus humanum ab anima 511
- Quaestio 2: Utrum causalitas corporum superiorum
extendatur ad motum liberi arbitrii,
ita quod sit causa actuum humanorum 518
- Quaestio 3: Utrum Deus die septimo requievit
ab opere suo 521

DISTINCTIO 16

- Quaestio 1: Utrum omnium hominum sit unus
intellectus possibilis vel numeretur secundum
numerationem hominum 523
- Quaestio 2: Utrum homo sit magis ad imaginem
Dei quam angelus 531
- Quaestio 3: Utrum anima humana sit creata
a Deo extra corpus 532
- Quaestio 4: Utrum paradisos, de quo fit mentio in littera,
sit locus corporalis 534

DISTINCTIO 18

- Quaestio 1: Utrum in materia corporali sint aliquae
rationes seminales 536
- Quaestio 2: Utrum anima humana immediate producat
a Deo vel producat in esse mediantibus angelis 539

DISTINCTIO 19

- Quaestio 1: Utrum homo simpliciter ante peccatum
esset impassibilis 542
- Quaestio 2: Utrum anima humana secundum se
sit corruptibilis 544
- Quaestio 3: Utrum in statu innocentiae pueri
per generationem nati statim habuissent
corporis perfectionem 546

DISTINCTIO 20

- Quaestio unica: Utrum mulier debuerit
de costa viri formari 550

DISTINCTIO 21

- Quaestio unica: Utrum tentatio sit appetenda 555

DISTINCTIO 22	
Quaestio unica: Utrum ignorantia excuset peccatum	560
DISTINCTIO 23	
Quaestio 1: Utrum primus homo in statu innocentiae decipi potuerit	564
Quaestio 2: Utrum Deus alicui creaturae habenti liberum arbitrium potuerit hoc conferre quod ex condicione naturae suae peccare non posset	567
DISTINCTIO 24	
Quaestio 1: Utrum primus homo per potentiam liberi arbitrii posset peccatum vitare	568
Quaestio 2: Utrum conscientia sit actus vel habitus, vel potentia, vel quid	572
Quaestio 3: Utrum in delectatione rationis inferioris possit esse peccatum mortale	575
DISTINCTIO 25 et 26	
Quaestio 1: Utrum liberum arbitrium se extendat ad omnia opera humana	579
Quaestio 2: Utrum gratia sit accidens animae	583
Quaestio 3: Utrum gratia et virtus differant realiter	585
Quaestio 4: Utrum gratia in anima multiplicetur vel sit una tantum gratia, sicut est una essentia	588
DISTINCTIO 27 et 28	
Quaestio 1: Utrum aliquis possit mereri alteri primam gratiam	590
Quaestio 2: Utrum homo sine gratia possit se ad gratiam praeparare	593
DISTINCTIO 29	
Quaestio unica: Utrum opera primi hominis post peccatum fuerint magis efficacia ad merendum quam ante	598
DISTINCTIO 30 et 31	
Quaestio 1: Utrum peccatum originale sit concupiscentia ...	601
Quaestio 2: Utrum omnes homines necessarium sit nasci in peccato originali	606
Quaestio 3: Utrum alimentum transeat in veritatem humanae naturae	607
Quaestio 4: Utrum semen sit de superfluo alimenti	612

DISTINCTIO 32 et 33

Quaestio 1: Utrum per baptismum tollatur poena peccato originali debita	612
Quaestio 2: Utrum omnes animae humanae sint aequales ...	617
Quaestio 3: Utrum peccatum originale, quod ex parentibus in filios redundat, sit unum tantum	618
Quaestio 4: Utrum pueri sine baptismo decedentes puniantur poena sensibili	621

DISTINCTIO 34 et 35

Quaestio 1: Utrum malum sit in bono sicut in subiecto	624
Quaestio 2: Utrum peccatum consistat in actu exteriori	628
Quaestio 3: Utrum unum peccatum possit esse causa alterius peccati	632

DISTINCTIO 37 et 38

Quaestio 1: Utrum Deus sit causa peccati	634
Quaestio 2: Utrum voluntas sit iudicanda recta ex fine	638
Quaestio 3: Utrum idem actus voluntatis sit de fine et de his, quae sunt ad finem	641
Quaestio 4: Utrum in actibus aliarum potentiarum ab ipsa voluntate, ut in actibus intellectus et aliarum potentiarum, possit esse peccatum	643

DISTINCTIO 39 et 40

Quaestio 1: Utrum conscientia errans obliget	646
Quaestio 2: Utrum bonum et malum sint differentiae essentiales actionis moralis	651
Quaestio 3: Utrum actio eadem possit esse bona et mala	652
Quaestio 3: Utrum in actibus humanis sit actus aliquis indifferens	655

DISTINCTIO 41 et 42

Quaestio 1: Utrum voluntas et actus exterior sint duo peccata	657
Quaestio 2: Utrum peccatum mortale et veniale differant secundum poenam temporalem et aeternam	660
Quaestio 3: Utrum omnia peccata sint paria	664
Quaestio 4: Utrum homo infidelis possit facere actum bonum	667

DISTINCTIO 43 et 44

Quaestio 1: Utrum peccatum in Spiritum Sanctum secundum omnes eius species sit irremissibile	669
Quaestio 1: Utrum potestas peccandi sit a Deo	673
Quaestio 2: Utrum illi, qui professi sunt oboedientiam, teneantur suis praelatis in omnibus oboedire	674
Index biblicus	681
Index personarum et operum anonymorum	683
Index manuskriptorum	688

Deus absolute consideratus est subiectum. Quod sic apparet, quia si istud, quod est revelabile, importat mere condicionem obiecti, tunc
 W 2va nullam | specialem rationem importat, quia sicut revalabilis est ut
 Pi 3ra reparator vel creator, ita revelabilis est omni modo, quo cognitus est
 philosophis | et beatis. Vel istud, quod est revelabile, dicit condicio-
 nem modi cognoscendi nec sic specialem rationem importat, quia
 quidquid per istam scientiam de Deo cognoscimus, totum habemus
 per revelationem. 475 480

<ARTICULUS 3>

De tertio articulo principali, scilicet de modo procedendi circa istam scientiam, sciendum est quod aliter est loquendum de modo accipiendi istam scientiam, aliter de modo tradendi, et aliter de modo exponendi. 485

Si loquamur de modo accipiendi istam scientiam, dicendum quod est unus, scilicet revelativus, quia quidquid de ista scientia scitur, per revelationem habetur ab antiquis patribus, quibus revelatio facta est. 490

Si autem loquamur de modo tradendi, sic dicunt quidam – et satis bene – quod iste modus secundum diversas condiciones hominum est diversus. Aliqui enim sunt, qui indigent praeceptis, aliqui comminationibus, aliqui promissionibus. Ideo ista scientia alicui traditur ut praeceptoria, alicui ut comminatoria, alicui ut promissoria. Quidquid tamen de hoc sit, certum est quod et praecepta, comminationes et promissiones narrative traduntur. Et ideo modus tradendi non immerito potest dici narrativus. 495

Si autem loquamur de modo exponendi, dicendum est quod est quadruplex. Ubi sciendum quod auctor Sacrae Scripturae Deus est, in cuius potestate est, ut non solum voces ad significandum accomodet, quod etiam homo facere potest, sed etiam res ipsas. Et ideo cum in omnibus scientiis voces tantum significant, hoc habet 500

483–486 IOAN. QUID., *Sent.*, I, prooem., 2, c. (p. 8, 2–5). 491–498 HEN. GAN., *Summa*, 14, 1–2 (f. 248–251). 499–540 IOAN. QUID., *Sent.*, I, prooem., 2, c. (p. 8, 5 – 10, 52). 500–509 Cf. THOM. AQU., *STh*, I, 1, 10, c.

proprium ista scientia quod ipsae res per voces significatae aliquid
 505 etiam significant. Prima ergo significatio, qua voces significant res,
 pertinet ad primum sensum, qui vocatur historicus vel litteralis.
 Alia vero significatio, qua res per voces significatae alias res signi-
 ficant, dicitur sensus spiritualis et fundatur in litterali. Hic autem
 tripliciter dividitur: aut enim res per vocem significata significat
 510 quid credendum, aut quid amandum vel agendum, aut quid speran-
 dum. Primo modo accipitur sensus allegoricus, secundo modo
 sensus tropologicus, tertio modo anagogicus. Exemplum huius
 ponit Beda in glossa | quadam supra *Genesim* in hoc vocabulo ‘Ieru- G 2rb
 salem’: aut enim significat civitatem de lapidibus constructam – et
 515 sic est sensus litteralis, aut significat istam militantem ecclesiam
 – et sic est sensus allegoricus, aut significat fidelem animam – et sic
 est sensus tropologicus, aut significat illam triumphantem eccle-
 siam – et sic est sensus anagogicus. Unde versus:

520 “Littera gesta docet, quid credas allegoria,
 Moraliter quid agas, quid speres anagogia”.

Sed numquid in omni loco Sacrae Scripturae sunt isti quattuor
 sensus accipiendi? Dicendum quod istam materiam pertractat
 Origenes in *Collationibus patrum*, collatione 8, ubi traditur de hoc.
 Comparat enim Sacram Scripturam agro fertili, in quo aliquid
 525 crescit, quod, antequam deveniat in competentem esum hominum,
 indiget decoctione, ut caules et huiusmodi; aliquid vero, quod cum
 decoctione et sine decoctione potest devenire in esum hominum.
 Eodem modo in theologia aliquando in sensu litterali exprimitur
 sensus spiritualis, et tunc non est quaerendus alius sensus, ut hic:
 530 “Diliges Dominum Deum tuum etc.”. Aliquando vero sensus litte-
 ralis exprimit | notabilem ruditatem aut manifestam falsitatem. Pi 3rb

513–518 *Gloss. ord.*, Prothemata. 519–520 AUG. DE DACIA, *Rot. pug.*, 1 (p. 256).
 523 Ascriptio *Collationum* Origeni manat ex erroenea lectura *Commentarii* Ioannis
 Quidort: “pertractat Origenes et in *Collationibus patrum* traditur de hoc”. (*Sent.*,
 I, prooem. 2, c., p. 10, 36–37). Muller assignat ORIG., *De princ.*, IV, 11–19 (PG 11,
 364–385). 523–536 IOHAN. CASS., *Conl.*, VIII, 3, 3–5 (CSEL 13, p. 219, 6 – 220,
 10). 530 *Deut.* 6, 4.

506 primum] illum BoKPi 509 dividitur] secundum tres virtutes theologicas
 add. BoKPi 526 aliquid] aliud BoEKPi

Ruditem, ut hic: “Qui non habet gladium, vendat tunicam et emat gladium” vel: “Qui non accipit crucem suam et sequitur me, non est me dignus”. Illud secundum sensum litteralem importat magnam ruditem et derisionem. Unde derisi fuerunt monachi, qui occasione huius verbi cruces ligneas in humeris portabant. Aliquando vero importat manifestam falsitatem, ut hic: “Abierunt ligna, ut ungerent sibi regem”. In omnibus talibus omittendus | est sensus litteralis et quaerendus spiritualis. In omni autem alio loco Sacrae Scripturae possunt isti quattuor sensus supradicti inveniri.

W 12vb

535

540

Ad argumentum pro quaestione dicendum quod sufficit de subiecto praesupponere quid dicitur per nomen, non autem quid sit per definitionem.

<DISTINCTIO 1>

<QUAESTIO 1>

VETERIS AC NOVAE LEGIS etc. Hic quaeritur principaliter utrum solo Deo sit fruendum et hoc est quaerere utrum aliquid aliud a Deo
5 possit esse subiectum fruitionis.

Et videtur quod sic, quia virtus finita videtur posse repleri aliquo finito. Sed appetitus noster vel voluntas nostra est virtus finita, ideo etc. Praeterea, multa alia a Deo sunt propter se appetibilia, sicut bonum honestum, ut dicitur in *Ethica*. Et omne tale videtur esse obiectum
10 fruitionis.

Contra. Secundum quod dicit Philosophus V *Topicorum*: quod per superabundantiam dicitur, uni soli convenit. Sed obiectum fruitionis dicitur per superabundantiam, quia importat supremum et ultimum bonum, ideo etc.

15 Respondeo. Circa istam quaestionem sunt principaliter duo videnda: unum scilicet quantum ad frui, aliud quantum ad uti. Circa primum articulum considerata sunt quattuor: primo quid sit frui, secundo cuius sit frui, scilicet ad quem pertineat, tertio cuius sit tamquam potentiae seu principii, quarto cuius sit tamquam obiecti.

8–9 Cf. ARIST., *Eth. Nic.*, IX, 4, 1166a 15–16 (AL 26, 1–3, 4, p. 548, 21–20). 11–14
THOM. AQU., *Sent.*, I, d. 1, q. 1, a. 1, sc. 11–12 ARIST., *Top.*, V, 5 134b 24–25 (AL 3, 1–3, p. 102, 3–4); cf. *Auct. Arist.*, p. 327, 78.

11 quod ... Philosophus] Philosophum BoKPi 18–19 sit ... potentiae] potentiae
sit actus BoKPi

<ARTICULUS 1>

20

De primo sciendum quod frui, sive fruitio, quae idem sunt re, descendit a fructu sensibili. Fructus autem sensibilis, sive corporalis, est id, quod ultimo ex arbore exspectatur et est ultima perfectio eius. Ideo iam apparet quod nihil aliud est fruitio quam in ultimo fine quietatio. Sed illa quietatio non potest esse sine delectatione nec delectatio sine cognitione, quia nihil amatur nisi cognitum. Ideo ad fruitionem tria requiruntur, scilicet cognitio, delectatio et quietatio. Ex istis omnibus potest fruitio aqualiter describi, scilicet quod est magna delectatio consequens actum beatitudinis perficiens et quietans appetitum propter assecutionem et comprehensionem ultimi finis.

Ex isto statim quantum ad secundum apparet quod fruitio solum est rationalium, quia importat quietationem in ultimo fine, sed cum inanimata illum finem non cognoscant, ideo non fruuntur. Bruta autem, licet habeant aliquid pro fine, tamen quia finis rationem non cognoscunt, ideo proprie non fruuntur. Peccatores vero, quia indebitum finem intendunt, ideo perverse fruuntur. Damnati etiam, cum propter obstinationem nullam habeant quietationem, ideo non fruuntur.

Vel aliter dicendum secundum Augustinum: quod in corporalibus est pondus, hoc est amor in spiritualibus, nam sicut corpora per pondus ad loca sua tendunt et ibi quiescunt, sic spiritus per amorem in ultimum finem tendit et ibi quiescit. Et ideo possumus sic loqui de spirituum quiete per amorem, sicut de quiete corporum per pondera sua.

Pi 3va Est autem quadruplex pondus | corporum. Quaedam quiescunt primo et per se et perfecte, sicut terra. Quaedam per se et perfecte, sed non primo, sicut mixta ratione elementi praedominantis. Talia

21–32 THOM. AQU., *STh*, I-II, 11, 1, c. 32–62 Cf. AEGID. ROM., *Sent.*, I, d. 1, pars 2, q. 1, c. (f. 14B–E). 32–39 THOM. AQU., *Sent.*, I, d. 1, q. 4, a. 1, c. 40–43 AUG., *Conf.*, XIII, 9, 10 (CCSL 27, p. 246, 16 – 247, 1); *De civ. Dei*, XI, 28 (CCSL 48 p. 348, 26–29).

35 finis rationem] finem rationis EG 36 quia] qui KP 38 non] bene add. EG
40–41 corporalibus] corporibus EG 46 Quaedam] enim add. BoKP

quiescunt propter quietem alterius, scilicet elementi praedominantis. Alia autem sunt, quae non perfecte quiescunt, sicut illa, quae non adhaerent perfecte corpori quiescenti, cuiusmodi est terra, ut animalia. Alia sunt, quae adhuc minus quiescunt, sicut homo quiescens in navi, quia non movetur motu proprio, non tamen perfecte quiescit, quia rei motae inhaeret. Sic etiam ad modum corporum sunt quattuor spiritus, scilicet spiritus divinus, qui primo et perfecte et per se in se ipso quiescit, secundo spiritus beatorum, qui quiescunt, eo quod immobiliter iuncti sunt divino spiritui, tertio spiritus bonorum viatorum, qui in ultimo fine quiescunt, sed non perfecte consecuti sunt finem nec ei coniuncti, quarto sunt spiritus peccatorum, qui non quiescunt perfecte, quia in bono mobili finem suum posuerunt, ideo improprie dicuntur frui. Ex isto iam apparet quod fruenter non aequaliter fruuntur.

Ubi nota quod fruitio est coniunctio convenientis cum convenienti. Ubi ergo est | maior coniunctio, ibi est etiam maior fruitio. Coniunctio ergo illa aut est per indifferentiam essentiae, aut per habitum gloriae, aut per habitum gratiae. Prima est inter Patrem et Filium et Spiritum Sanctum – et haec est magna. Secunda est beatorum. Tertia viatorum, quam excellit secunda. G 2va

De tertio dicendum simpliciter quod frui est actus voluntatis, quia cum importet quietationem, debet esse potentiae quietatae. Sed haec est voluntas, | quia potentiae naturales numquam quiescunt nec sensitivae, quia sunt circa obiecta variabilia. Nec etiam intellectus, quia intellectio est motus rerum ad animam, per quem motum imprimatur species rerum in animam. Haec autem species est principium motus alterius, scilicet voluntatis, ad res extra, quod non esset, si in actu intellectus esset perfecta quietatio. In motu autem, quo voluntas fertur ad res, non est ultra processus, maxime cum fertur in ultimum finem. Ideo sola voluntas proprie dicitur frui, quia in actu suo est perfecta quietatio. W 3ra

63–64 AVIC., *Lib. de phil. prim.*, VIII, 7 (p. 432, 67–70); cf. THOM. AQU., *De ver.*, 26, 4, ad 5 (EL 22/3, p. 762, 228–229).

53 quia] licet *add.* KPi movetur] moveatur BoKPi 57 tertio] sunt *add.* EW
 65 indifferentiam] identitatem BoPi 71 haec] hoc PiW 77 ultra] ulterius BoKPi

Quantum ad quartum breviter ex dictis apparet quod fruitio 80
est ultimi finis vel summi boni, quia ibi est fruitio, ubi est perfecta
quietatio.

Sed haec est in summo bono, ideo etc. In aliis autem, licet aliquid
boni in se habeant, tamen hoc totum est in ordine ad istud summum
bonum. Et ideo in talibus, quaecumque etiam sint, non est perfecta 85
appetitus quietatio nec perfecta fruitio. Et est simile: sicut enim
intellectus noster non quiescit in aliquo particulari ente, sed solum
in illo, ubi est ratio omnis entis, sic etiam voluntas in nullo particu-
lari bono quiescere potest, sed solum in illo bono, in quo includitur
omne bonum, quod est ipse Deus. 90

<ARTICULUS 2>

De secundo principali, scilicet de uti, tria sunt breviter advertenda:
primo cuius sit tamquam subiecti, secundo cuius sit tamquam prin-
cipii, tertio cuius sit tamquam obiecti.

Propter primum sciendum quod usus, ut hic accipitur, non 95
est aliud nisi ordinatio alicuius rei in suum finem. Ex quo statim
apparet quod est solius creaturae rationalis tamquam subiecti, quia
sibi soli competit ordinatio rerum in suum finem, cum alia animalia
discursum rationis non habeant. Ex quo forma rationem, sicut vis.

Quantum ad secundum dicendum est similiter quod est actus 100
voluntatis, quia cum usus sit ordinatio alicuius rei in suum finem
– ordinatur autem aliquid in suum finem tribus operationibus: prima
Pi 3vb operatio est rationis finem praestituentis et in ipsum ordinantis |
et dirigentis, secunda operatio est voluntatis imperantis, tertia est
virtutis motivae et executivae. Sed cum omnis actio vel operatio 105
attribuatur principali agenti et voluntas sit principalis et universalis
motor vel motrix omnium virium, ideo uti est voluntatis tamquam
primi moventis, rationis tamquam dirigentis et aliarum potentiarum
tamquam exsequentium, quae operantur ad imperium voluntatis.

102–110 THOM. AQU., *Sent.*, I, d. 1, q. 1, a. 2, c.

85 perfecta] perfecte BoKPi
operantur] *om.* EG

96 nisi] quam EG

103 in] *om.* BoKPi

109 quae

110 Et sic manifestum est quod uti est actus voluntatis, secundo attribuitur aliis, ut dictum est.

Quantum ad tertium sciendum quod usus tamquam obiecti est omnium rerum ordinabilium ab homine in suum finem, quia secundum Philosophum homo est quodammodo omnia, quia per
115 potentias motivas est omnia factibilia, per potentias cognoscitivas omnia cognoscibilia, quare potest omnia ordinare in suum finem.

Est tamen advertendum quod sicut est in sensibilibus, ita etiam suo modo in intellectualibus. In sensibilibus ita videmus quod carpentarius utitur arte, utitur instrumento, utitur lignis et huius-
120 modi, utitur labore, sic etiam formaliter homo potest uti virtutibus, instrumentaliter potentiis, dispositive actibus virtutum, materialiter vero tantum utitur eo, quod potest venire in facultatem voluntatis. Sed hoc potest contingere quadrupliciter: aliquid enim potest venire in facultatem voluntatis imperantis – et sic utimur nostris
125 actibus, vel voluntatis approbantis – sic utimur actibus aliorum, vel voluntatis tolerantis – sic utimur malis poenae, vel voluntatis detestantis – sic utimur malis culpae.

Ad argumenta pro quaestione dicendum quod virtus finita, cuiusmodi est voluntas, potest impleri aliquo finito, verum est inhaerenter vel informative, non autem obiective, cum naturaliter ordinetur
130 ad divinam essentiam cognoscendam, quae omnino est infinita.

Ad secundum dicendum quod, si fruitio accipitur large, sic homo potest frui virtutibus et bonis honestis. Si autem accipitur stricte et in suo potissimo esse, sic obiectum fruitionis solum est ipse Deus,
135 cum per se sit appetibilis et perfecte quietans, ut dictum est.

<QUAESTIO 2>

Secundo quaeritur principaliter utrum in Deo sit pluralitas attributorum.

114 ARIST., *De an.*, III, 8, 431b 21.

112 sciendum] dicendum BoPi

117 etiam] *om.* KPi

Videtur quod non, quia quod participat unum oppositorum in summo gradu, non compatitur secum aliquo modo alterum. Deus autem in summo gradu habet unitatem, cum sit unitissimus. Ergo videtur quod non compatiatur aliquam pluralitatem. Praeterea, quidquid in Deo est subiective, est idem quod divina essentia, ergo si in Deo est aliqua pluralitas, videtur quod essentia plurificetur.

W 3rb Respondeo. Circa istam quaestionem principaliter sunt duo videnda: primo utrum in Deo sit pluralitas attributorum, secundo utrum in unitate divinae essentiae sit | pluralitas personarum.

<ARTICULUS 1>

De primo articulo declaranda sunt tria: primo quod pluralitas attributorum est in Deo. Ubi notandum quod attributum nihil aliud est quam quaedam perfectio absoluta, quam melius est esse quam non esse. Quae quidem in rebus invenitur et Deo attribuitur, sicut esse sapientem, esse bonum, esse potentem et huiusmodi. Et talia melius est esse quam non esse.

G 2vb Quod autem pluralitas talium perfectionum sit in Deo potest sic probari. Et primo per viam remotionis. Omne enim, a quo removetur limitatio ad certum genus, quodcumque | sit illud, oportet quod in se perfectionem cuiuscumque generis habeat. Sicut ens, quod Pi 4ra non contrahitur ad aliquod genus | praedicamentale, sed circuit perfectionem omnis entis particularis vel contracti. Deus autem est huiusmodi, quia aliter eius perfectio esset partita, si ad aliquod genus contraheretur. Ergo perfectiones cuiuscumque generis Deo attribuuntur.

Secundo patet hoc idem per viam causalitatis, quia creaturae se habent ad Deum sicut effectus ad causam. Et quidquid est in effectu, oportet quod sit in causa modo altiori et nobiliori. Sed in creaturis

165–169 IOAN. QUID., *Sent.*, I, d. 2, q. 2, c. (p. 34, 17–22).

140 aliquo modo] *om.* EG
tiones BoKPi

153 rebus] Deo EG

159 perfectionem] perfec-

multae perfectiones inveniuntur, sicut sapientia, bonitas et huiusmodi, ergo talia sunt Deo attribuenda.

170 Tertio patet hoc idem per viam eminentiae et perfectionis. Nam illud, quod primo et per se est ens, impossibile est carere aliqua perfectione debita ipsi enti, cum illud, quod est primo et per se tale, sit maxime tale, secundum Philosophum, ut dicitur II *Metaphysicae*. Sed Deus est primo et per se et maxime ens, ergo oportet quod
175 omnes perfectiones entis referantur in ipsum.

Secundo est advertendum quod ista pluralitas attributorum in Deo est rationis, et non rei, quia quidquid recipitur in aliquo, recipitur in eo per modum recipientis. Sed istae perfectiones, quae divise recipiuntur in creaturis, oportet quod in natura divina, quae unitissima est et simplicissima, recipiantur modo unitissimo, ergo non differrent in eo realiter.

Est tamen sciendum quod multiplex distinctio et variatio reperitur in divinis. Est enim ibi una distinctio secundum rem et ista non est proprie in Deo, sed de Deo, et illa est, qua creatura distinguitur
185 a Deo secundum rem. Alia est distinctio secundum varium modum habendi esse, sicut Pater est a nullo, Filius a Patre, Spiritus Sanctus ab utroque. Alia est distinctio secundum varium modum se habendi, quia unum se habet relative, ut Pater, aliud absolute, ut Deus. Alia est distinctio secundum variationem modi significandi, quia unum
190 significat in concreto, aliud in abstracto, sicut Deus et deitas, Pater et paternitas. Alia est distinctio secundum modum intelligendi – sic attributa sunt in Deo. Quia ergo Deus est quoddam pelagus perfectionum includens in se omnem perfectionem, ideo sua perfectio non potest unico actu exprimi. Et ideo pluribus actibus et prolationibus
195 nominamus suas perfectiones. Nominamus enim eum modo sapientem, modo potentem, modo bonum et huiusmodi. Ista ergo pluralitas non est rei, alioquin in ipsum caderet compositio, sed est rationis tantum.

200 Tertio est advertendum quod ista pluralitas attributorum accipitur penes modum intelligendi nostrum. Ubi notandum quod ratio

172–174 ARIST., *Met.* II, 1, 993b 24–32 (AL 25, 3.2, p. 44, 27–43); cf. *Auct. Arist.*, p. 118, 41. 182–198 IOAN. QUID., *Sent.*, I, d. 2, q. 2, c. (p. 34, 31 – 35, 47). 199–227 IOAN. QUID., *Sent.*, I, d. 2, q. 2, c. (p. 35, 48 – 36, 74).

178 divise] G marg. per se EW om. Bo

unitas addita variat speciem, sic est in forma secundum gradus essentiae, quod non potest dici de caritate, quia ipsa augmentata est eiusdem speciei.

425

Item, ista positio videtur dicere oppositum in adiecto, quia cum magis perfectum et minus perfectum non varient speciem, augeri autem secundum essentiam non sit sine mutatione specifica, dicere caritatem perfectiorem secundum essentiam et augeri essentialiter est dicere contradictoria.

430

Dicendum hic quod forma accidentalis dupliciter potest considerari: uno modo in se et absolute non comparando ad subiectum – et sic dico quod talis forma, si recipiat speciem per aliquid intrinsecum sibi, non augmentatur nec est maior vel minor, sed consistit in indivisibili; alio modo potest considerari talis forma, ut a subiecto participatur. Et quia subiectum magis vel minus potest disponi ad receptionem talis formae, cum perfectio talis formae attendatur secundum eius inesse subiecto, secundum magis inesse et magis radicari in subiecto erit talis forma secundum essentiam suam perfectior et sic essentialiter aucta. Non tamen ratio augendi est ab ipsa forma, sed potius a dispositione illius subiecti. Nihilominus tamen ipsa essentialiter erit aucta, sicut licet duo individua habeant esse diversa, non tamen differunt essentiis.

435

440

Et nota quomodo. Propter hoc dicunt aliqui aliter quod in omni aucto est ponere aliquos gradus, nam ex hoc dicitur aliquid augeri in alio quod acquisivit sibi quemdam gradum in eo, quo prius carebat. Gradus autem in formis dupliciter accipi potest, scilicet secundum essentiam et secundum esse. Et secundum istam diversitatem graduum magis et minus aliquando diversificant speciem, aliquando non, quia secundum gradus essentiae diversificantur species, sed secundum gradus in esse non. Et quia caritas aucta est eiusdem speciei cum prima, | patet quod tale augmentum non est secundum essentiam, sed secundum inesse solum. Et rationem huius assignant talem. Imaginandum est enim secundum eos

445

450

Pi 19va

444–457 AEGID. ROM., *Sent.*, I, d. 17, pars 2, q. princ. 1, q. 2, a. 1, c. (f. 96O–97A).

427 variant] variant BeEK 441 illius] *om.* BeEKW 443 esse diversa] essentias diversas BeW essentiis] essentialiter BoPi 444 quomodo] quod BoKPi
447 potest] possunt BeW 451 sed secundum] secundum autem EW 453 in-
esse] esse BePi

455 quod sicut se habet virtus ad agere, ita forma ad esse. Sed eadem
virtus secundum numerum magis et minus agere potest secundum
quod invenit passum magis et minus dispositum. Ergo idem calor
secundum numerum potest dare perfectius et imperfectius esse
et facere corpus magis et minus calidum secundum quod invenit
460 ipsum magis vel minus dispositum.

Dicendum quod ista positio non valet in se nec in sua ratione.
Primo non valet in se, quia ponit formam essentialem recipere
magis et minus secundum esse, et non secundum essentiam formae.
Et videtur quod magis debeat dicere contrarium. Cuius ratio est,
465 quia sicut forma, quae est principium augendi, non est propter
ipsum agere, sed potius econverso, ita forma, quae est principium
essendi, non est in subiecto propter esse, sed potius econverso, esse
est in subiecto propter formam, ergo forma est in subiecto per prius
quam esse et esse est in subiecto per formam et mediante forma.
470 Sicut ergo subiecto non convenit participare esse, nisi quia prius
participat formam, ita non potest sibi competere magis et minus
participare esse, nisi quia magis et minus participat formam. Si
ergo, ut isti dicunt, per hoc dicitur forma recipere magis et minus,
quia subiectum magis et minus dispositum potest secundum plures
475 vel pauciores gradus participare esse, sequitur quod habere gradus | G 13rb
magis conveniet formae quam ipsi esse, quod tamen ipsi negant.

Praeterea, falsum est quod ipsi dicunt quod recipere magis et
minus est participari a subiecto magis vel minus disposito, quia
video quod aer eodem modo dispositus potest recipere lumen
480 perfectius et minus perfecte secundum diversa agentia perfectiora
et imperfectiora, ut a sole et luna.

Ratio eorum etiam non concludit, quia non est simile de agere
respectu virtutis et de esse respectu formae, quia agere convenit
virtuti per comparisonem ad aliquid extrinsecum, in quod agit,
485 et secundum eius dispositionem maiorem et minorem potest agere
perfectius et minus perfecte. Sed esse convenit essentiae intra-
nae et per comparisonem ad intra. Et ideo non potest esse gradus
habere nec potest esse perfectius, nisi forma habeat gradus et possit
esse perfectior.

461 Dicendum] hic *add.* BeW
488 esse] *om.* KPi

465 augendi] essendi BeW

475 vel] et BeEKW

Dicendum ergo quod caritas augetur secundum essentiam, ut dictum est. 490

Et si opponatur: nihil augetur nisi quantum, sed ipsa caritas non habet quantitatem molis nec quantitatem virtutis, quae attenditur secundum obiecta, cum minima caritas diligit omnia ex caritate diligenda, dicendum quod argumentum procedit ex insufficienti, 495 quia non solum augmentum virtutis attenditur secundum numerum obiectorum, sed etiam secundum intensionem actus, ut magis vel minus aliquid diligatur, ut visum est.

Et si arguitur: illud, quod est in termino, non augetur, sed caritas est in termino, quia est maxima virtutum, ideo etc., dicendum quod 500 etsi est in summo respectu obiecti, quod est summum bonum, non tamen quantum ad intensionem actus ex parte subiecti, in quo recipitur. Ideo secundum hoc potest augeri. Et hoc est, quod dicit Augustinus *Super Ioannem* quod caritas “meretur augeri, ut aucta mereatur perfici”. 505

<QUAESTIO 3>

Tertio quaeritur utrum augeatur per additionem.

Videtur quod sic, quia sicut est augmentum secundum quantitatem corporalem, ita et secundum virtuaalem. Sed primum fit per additionem quantitatis ad quantitatem, ergo et secundum. 510 Praeterea, caritas est quoddam lumen spirituale, quia “qui diligit fratrem suum, in lumine manet”. Sed lumen crescit in aere per additionem plurium luminarium et plurium candelarum, ergo et caritas in anima crescit per additionem.

Contra. Simplex additum simplici non facit maius. Sed caritas est simplex, ideo etc. 515

504–505 AUG., *Ep.* 186, 3, 10 (CSEL 57, p. 53, 7). 508–514 THOM. AQU., *STh*, II-II, 24, 5, 1–2. 515–516 THOM. AQU., *Sent.*, I, d. 17, 2, 2, sc. 1; THOM. AQU., *STh*, II-II, 24, 5, sc.; ARIST., *De gen. et corr.*, I, 5, 320b 30 (AL 9, 1, p. 27, 23–24).

495 diligenda] diligibilia BeK 498 diligatur] diligitur EGK 502 quo] quod BeEW 512 lumine] luce EGK

Respondeo. Dicendum quod caritas non augetur per additionem. Et hoc patet tali ratione, | quia si sic, oporteret caritatem additam et istam, cui fit additio, | distinguere saltem secundum intellectum. Sed
 520 omnis distinctio in formis aut est secundum speciem aut secundum numerum, ergo oportet quod sic vel sic distinguatur, sed hoc est impossibile, ideo etc.

W 15ra

Pi 19vb

Quod autem non possit esse distinctio in talibus formis secundum speciem patet, quia distinctio in talibus formis secundum speciem
 525 attenditur penes obiecta diversa; sicut augetur scientia geometriae per hoc quod aliquis scit modo plures conclusiones quam prius. Et illud non potest dici de caritate, quia minima caritas extendit se ad omnia diligenda ex caritate. Ergo talis distinctio secundum speciem non potest intelligi in additione caritatis ad caritatem.
 530 Nec etiam secundum numerum, quia talis distinctio in formis est secundum distinctionem subiectorum, sicut albedo augetur per hoc quod album in hoc subiecto additur in alio subiecto albo. Sed tale augmentum non potest esse in caritate, quia cum subiectum caritatis sit mens rationalis, scilicet voluntas, oporteret quod voluntas adderetur voluntati, quod est inconveniens. Ergo nullo modo potest
 535 caritas augeri per additionem.

Quomodo ergo augetur: per intensionem vel secundum accessum ad terminum, sicut qualitates primae? Circa quod notandum quod augmentum primarum qualitatum est ex causis suis, scilicet agente
 540 et recipiente, ex agente autem, inquantum ipsum agens per formam suam intendit reducere ipsum patiens de potentia in actum suae formae, quantum possibile est sibi. Sicut autem non calidum est in potentia calidum, ita minus calidum est in potentia respectu magis calidi. Unde sicut per actionem calidi efficitur aliquid de non calido
 545 calidum, non quod ponatur ibi aliquis calor, sed quia calor, qui est in potentia, reducitur in actum, ita etiam de minus calido efficitur magis calidum, inquantum educitur calor, qui erat in minus calido, ut actus imperfectus in maiorem perfectionem et assimilationem

517–522 Cf. THOM. AQU., *STh*, II-II, 24, 5, c.
 q. 2, a. 2, c.

537–564 THOM. AQU., *Sent.*, I, d. 17,

517 hoc patet] *om.* BeEGK 521 distinguatur] *distingueretur* BeEW 528 diligenda] diligibilia BeKW 532 in₁ ... subiecto₁] *om.* BeEW in₂ ... subiecto₂] *om.* BeEW
 546 reducitur] educitur BeW

agentis. Et hoc contingit etiam in minus calido ex parte subiecti
 secundum quod subiectum, quod est in potentia et indeterminatum
 ad multa, magis ac magis unitur et determinatur sub actu illo, 550
 quem attingit in subiecto illo; specialiter secundum quod disponitur
 dispositione magis convenienti illi actui, secundum quam dispo-
 sitionem fit susceptibilis illius actus et ei magis subicitur. Sicut
 cum diaphanitas sit congrua dispositio ad luminis receptionem 555
 G 13va – | quanto enim aer plus attenuatur, tanto plus fit dispositus et
 susceptibilior luminis – sic est ex parte ista de caritate quantum ad
 augmentum suum. Cum enim anima recipiens caritatem de natura
 sua sit in potentia ad multa et in se habeat quamdam confusionem
 et multipliciter, ex hoc magis disponitur ad receptionem caritatis 560
 secundum quod ex ipsa confusione potentialitatis, quam habet in
 se, magis colligitur in unum per operationes convenientes caritati,
 scilicet per detestationem peccati et alias operationes, quibus
 anima magis subicitur caritati. Et sic patet quod, licet origo carita-
 tis differat ab aliis qualitatibus, tamen augetur secundum modum 565
 aliarum qualitatuum, non per additionem, ut visum est.

Advertendum ulterius quod quaedam sunt formae, quae in
 natura sua habent partes, sicut quantitas et scientia, quae habent
 partes penes obiecta; quaedam autem non habent partes, ut calor,
 caritas et omnes qualitates, quae sunt in tertia specie qualitatis. 570
 Et tales augentur per maiorem dispositionem subiecti, quia aliquid
 potest esse in subiecto, quod impedit virtutem formae et perfec-
 tionem, sicut patet de lumine in aere nebuloso. Et cum depuratur,
 per idem conservatur et augetur.

Sed ex hoc videtur sequi quod augmentum caritatis non sit a 575
 Deo, sed a removente indispositionem subiecti. Dicendum hic quod
 homo auferens impedimentum dispositive dicitur augere, Deus
 tamen principaliter. Sicut enim removens prohibens non facit grave
 moveri deorsum, sed ipsum generans, quod dat sibi formam, sic
 Deus auget principaliter, homo autem removendo prohibens. 580

567–574 Cf. THOM. AQU., *De virtut. in comm.*, 11, ad 10.

549 ex ... subiecti] *om.* BeW 551 magis₂] minus BeEW determinatur] termi-
 natur BeW 552 quem] quod BeEW

Ad rationem principalem aliqui sic solvunt dicendo quod procedit ab insufficienti, quia alia est distinctio secundum numerum formarum in eadem specie quam secundum substantiam, scilicet secundum numerationem temporis, sicut est alia sanitas ante infirmitatem et post, et tamen est idem subiectum, ita dicunt de caritate
 585 quod est alia praecedens, et alia, quae infunditur postea, quia in alio et alio tempore.

Item, impugnant positionem secundum se dupliciter: primo sic, quia | cum apostolis bis datus fuerit Spiritus Sanctus, numquam eis
 590 fuit datus sine gratia et caritate, sed per secundam prima non fuit destructa, ut firmiter creditur, ergo secunda est addita primae, ideo etc. Pi zora

Praeterea, beata Virgo maiorem gratiam et caritatem habuit quam beatus Petrus vel aliquis de apostolis, ergo gratia virginitatis eius potest dividi in tantumdem et amplius, quia omne maius
 595 respectu alterius est tantumdem et amplius. Sed omne divisibile, quod Deus dat simul, potest dare successive, ergo istam gratiam et caritatem, quam Deus dedit beatae Virgini simul, potuit ei dare successive, et per consequens per additionem.

Dicendum quod ista solutio non facit ad propositum, quia quod
 600 sit alia sanitas ante infirmitatem et post hoc est ratione interruptionis, quia sanitas fuit interrupta. Sed non ponimus interruptionem in caritate, quia caritas prius habita non corrumpitur: nec per contrarium, quia caritas sequens sibi non contrariatur, nec per
 605 corruptionem subiecti, quia subiectum est incorruptibile, nec etiam ex causa, scilicet ex actione divina, quae non est hodie alia quam heri. Et sic caritas non potest numerari ratione temporis, sicut ipsa sanitas.

Ad illud, quod dicitur: ‘bis datus Spiritus Sanctus’, dico quod
 610 non receperunt novam gratiam, sed gratia eorum fuit augmentata. Augmentum autem gratiae potest dupliciter intelligi: aut secundum intensionem eiusdem virtutis tantum – et sic ratione huius augmenti fuit eis facta nova missio in specie flatus; aut secundum quod per

581–587 ‘*Quare*’, In II-II, 1(61) (p. 248–249). 588–599 ‘*Quare*’, In II-II, 1(61) (p. 246–247). 600–608 ‘*Sciendum*’, In II-II, 1(61) (p. 231–232).

593 gratiam et] *om.* BeEW 594 de apostolis] apostolus BeW 595 eius] *om.* BeE
 ut gratia *add.* W 600 quod] et licet BeEW 608 sanitas] infirmitas BeEW

augmentum virtutis proficit in novum usum gratiae – et sic fuit eis
facta secunda missio vel datio in linguis igneis ad ostendendum
effectum doctrinae. Unde non fuit eis data nova gratia secundum
essentiam, sed potius praeexistens augmentata. 615

W 15rb Ad secundum dicendum quod aliter est de gratia et de caritate, |
quia gratia est ultimior quam caritas et potest intelligi eius
augmentum secundum obiectum, ut prius datur gratia prophetandi
quam miracula faciendi. Et hoc modo potest Deus diversimode
augere gratiam. Sed non est sic de caritate, cuius augmentum non
attenditur secundum obiecta, sed tantum secundum maiorem radi-
cationem in subiecto – et hoc modo potest etiam successive dari. 620

Tamen hic advertendum quod minor radicatio potest separari a
maiori, sed non econverso. 625

Vel dicendum quod divisio secundum tantundem et amplius
respicit proprie quantitatem, et non qualitatem. Ideo non valet argu-
mentum.

G 13vb Ad primum argumentum principale dicendum quod augmentum
in quantitate corporali | attenditur per additionem in ea ratione
situs. Et quia caritas non habet situm, ideo non augetur inquantum
quanta, sed solum ratione qua forma accidentalis, quod augmentum
attenditur secundum intensionem. 630

Ad aliud dicendum quod additio luminis ad lumen potest intelligi
in aere ratione diversorum luminarium causantium lumen. Sed talis
distinctio non habet locum in proposito, ubi est unum luminare
semper eodem modo se habens. 635

<QUAESTIO 4>

Utrum caritas viae possit augeri in infinitum? 640

Arguunt aliqui quod non sic. Omnis processio, quae sequitur
formam, cum dicat quid in actu, oportet quod reperiatur quandoque

618–626 'Sciendum', In II-II, 1(61) (p. 232). 630–638 Cf. THOM. AQU., *STh*, II-II, 24, 5, ad 1 – ad 2. 641–654 AEGID. ROM., *Quodl.* I, 18, c. (p. 38a–b).

614 virtutis] *om.* BeW 619 et] vel BoKPi 620 datur] detur BeEPi 625 ra-
dicatio] bene *add.* BeW 628 non] nihil BeEPiW

in actu perfecto. Unde et Philosophus vult III *Physicorum* quod
 augmentum sequitur formam, si aliquid posset augeri in infinitum,
 645 tunc sequeretur quod quandoque esset augmentum in infinitum.
 Sed augmentum caritatis sequitur formam, cum caritas sit forma et
 actus. Ergo videtur quod non possit ire in infinitum.
 Secundo arguunt sic. Omne, quod est determinatum ad genus vel
 speciem, oportet quod sit quid finitum et limitatum. Sed caritas
 650 est huiusmodi, cum differentem quidditatem habeat ab esse nec sit
 suum esse. Ergo videtur quod non possit augeri in infinitum.
 Tertio sic. Omne illud, cui per se repugnat infinitas, non potest
 crescere in infinitum. Sed caritati repugnat infinitas, cum habeat
 esse in aliquo finito receptum, ideo etc.

655 Contra. Caritas augetur per opera nostra facta in caritate. Sed
 quamdiu sumus in via, possumus operari, ergo et semper caritatem
 augere.

Respondeo. Dicendum quod de caritate possumus loqui dupliciter:
 aut quantum ad illud, quod est, aut quantum ad illud, quod potest
 660 esse. Si quaeratur de caritate primo modo, dico quod non potest
 augeri in infinitum. Si secundo modo, sic dico quod potest augeri in
 infinitum nec habet terminum. Quod sic declaratur. Tripliciter enim
 potest praefigi terminus alicuius formae: uno modo ex parte formae,
 quae habet terminatam mensuram, ad quam cum perventum fuerit,
 665 non potest ultra procedi in eadem forma, quia si procedatur ultra,
 est | alia forma. Sicut patet in pallido et fusco, quorum terminos,
 si aliquis pertransit per continuam alterationem procedendo ab
 albedine in nigredinem, invenitur statim alia forma.

Pi 20rb

Alio modo potest praefigi terminus in augmento formae ex parte
 670 agentis, cuius virtus non se extendit ad ultra augendum formam in
 subiecto.

643–644 Cf. ARIST., *Phys.*, III, 5, 204a 35sq. (AL 7, 1.2, p. 116, 115sq.). 658–662
 THOM. AQU., *Sent.*, I, d. 17, q. 2, a. 4, c. 662–680 THOM. AQU., *STh*, II-II, 24, 6, c.

643 et] om. EGK quod] quia EGW 644 formam] sed add. EKW posset]
 possit BoKPiW 648 vel] et BeW 654 aliquo] alio BeEG 664 terminatam]
 determinatam BoPiW 666 est] erit KW alia forma] devenire ad aliam
 formam BoPi

Tertio ex parte subiecti, quod non est capax amplioris perfectionis. Nullo autem istorum modorum potest praefigi terminus in augmento caritatis in via. Ipsa enim caritas secundum rationem propriae speciei terminum non habet. Est enim caritas participatio divinae bonitatis, scilicet Spiritus Sancti. 675

Similiter et agens caritatem est infinitae virtutis, scilicet Deus.

Similiter ex parte subiecti, scilicet animae, non potest praefigi terminus, quia ipsa anima recipiendo caritatem fit semper capacior ad amplius recipiendum. Unde si esset aliquod vas recipiens liquorem, cuius capacitas dilataretur ex eius receptione, quanto plus de liquore reciperet, tanto plus posset recipere. 680

Cum igitur anima efficiatur per lumen gratiae et caritatis capacior ad ulterius capiendam caritatem ex parte subiecti, per comparisonem ad talem formam non potest praefigi terminus. Ista enim est differentia inter spiritualia et corporalia quod ipsa corporalia secundum proportionem materiae terminantur et limitantur, et ideo repleta non possunt ulterius aliquid recipere. Sed spiritualia non limitantur secundum materiam, sed secundum participationem divinae bonitatis in eis receptae. Et ideo quanto plus recipiunt de divina bonitate, tanto fiunt aptiora ad amplius capiendum. 685 690

Istud licet sit bene dictum, tamen impugnatur, quia si semper per receptionem caritatis fieret creatura abilior ad receptionem caritatis, numquam capacitas alicuius virtutis secundum suam totalem aptitudinem vel possibilitatem esset repleta. Sed hoc dicere est dicere capacitatem Christi non esse totaliter repletam, cum tamen dicat Apostolus quod Christo data fuit gratia non ad mensuram. Et hoc est, quod dicit Augustinus quod a principio suae conceptionis fuit ita repletus gratia quod in ea proficere non potuit. 695

Dicendum quod creatura aliqua potest dupliciter considerari. Vel ut est in via et ut perficitur caritate viae – et sic numquam capacitas sua potest totaliter repleri, quia nulla caritas | viae potest 700

G 14ra

685–691 THOM. AQU., *Sent.*, I, d. 17, q. 2, a. 4, c. 692–699 AEGID. ROM., *Sent.*, I, d. 17, pars 2, q. princ. 2, q. 4, c. (f. 98A). 697 IOAN. 3, 34. 698–699 AUG., *De Trin.*, XV, 26, 46 (CCSL 50, p. 526, 45sqq.).

675 caritas] perceptio vel *add.* KPī 684 capiendam] recipiendam EPī 686 quod] quia PiW 694 virtutis] creaturae BoKPīW 695 dicere] *om.* BoKPī

totaliter replere voluntatem, quia per caritatem viae desideratur non habitum. Maior autem caritas facit eum magis desiderare. Et
 705 ideo non potest per caritatem repleri desiderium, antequam perveniatur ad terminum. Alio modo consideratur, ut iam est in termino et perficitur caritate non viae, sed patriae – et sic repletur eius capacitas, quia per istam impletur totum desiderium creaturae, ut iam non amplius liceat ei plus desiderare, quam habeat. Modo dico
 710 quod caritas Christi non fuit caritas viatoris, sed comprehensoris, quae suam totaliter replevit capacitatem, ideo non valet arguere de Christo, quia quaestio quaerit de caritate viae, non patriae.

Alii sunt, qui multum subtiliter arguunt in contrarium et ostendunt quod, si perfectiones essentielles creaturarum possent ire in
 715 infinitum, ita scilicet quod Deus quacumque creatura data posset in infinitum aliam creaturam nobiliorem creare, tunc caritas posset augeri in infinitum, quod declarant sic. Primo praesupponunt duo. Primum est quod angeli habentes | meliora naturalia plus receperunt de gratia, quamvis, ut dicunt, hoc non fuerit necessarium, sed
 720 congruum. Et hoc, quia habuerunt maiorem aptitudinem ad tendendum in Deum per maiorem conatum, et sic ad recipiendum maiorem caritatem, ex quo statim sequitur quod, si non esset dare angelum supremum, super quem non posset dari superior, quod non sit dare caritatem ita perfectam, quin possit esse perfectior etiam eiusdem
 725 speciei.

W 15va

Secundo supponunt quod tanta potest esse aptitudo ad caritatem in minori creatura rationali, quanta est in superiori seu angelica. Aliter beata Virgo non fuisset capax gratiae, qua esset super omnes angelos, cum sit natura inferior. Et ex hoc sequitur quod tanta potest
 730 esse gratia vel caritas minimi angeli absolute loquendo, quanta est supremi vel maximi.

Ex his duobus formant talem rationem. Si non contingit dare ita perfectum angelum, quin contingat dare perfectiorem in infinitum, non contingit dare caritatem ita perfectam, quin contingat dare
 735 perfectiorem in infinitum, quod patet per primum suppositum.

713–745 Cf. GOD. FON., *Quodl.* VII, 12, c. (p. 388–389).

705 repleri] impleri BeW 713–714 ostendunt] dicunt BeW 722 esset] est BeW
 723 posset] possit BeBoPiW dari] creari BeEW 727 in,] aliqua add. BeW

Sed tanta potest esse gratia infimi angeli, quanta potest esse cuiuscumque alterius quantumcumque perfecti, sicut per secundum suppositum. Ergo si perfectiones angelorum procedunt vel procedere possunt in infinitum, sequeretur quod eadem caritas numero angeli infimi potest crescere in infinitum.

740

Sed sibi non videtur quod perfectiones creaturarum essentiales possint crescere in infinitum nec in uno nec in pluribus, quia posse habere perfectionem infinitam est posse habere perfectionem illimitatam, quod non potest convenire creaturae, eo quod de ratione sua ad certum genus limitatur.

745

Ista positio est subtilis, tamen sic potest evitari ista impugnatio. Pi 20va Dico quod supposito cum eis quod perfectiones rerum essentiales | non possunt procedere in infinitum, adhuc non sequitur quod caritas viatoris non possit crescere in infinitum, quia tamdiu potest aliquid crescere, quamdiu habet potentiam ad augmentum. Unde pro tanto dicimus quod numeri possunt crescere in infinitum in super accipiendo, quia per quamlibet unitatem additam numero additur semper nova potentia ad accipiendum, per Commentatorem III *Physicorum*. Ergo tamdiu potest aliquid augmentari, quamdiu habet potentiam ad augmentum. Sed per augmentum caritatis acquiritur voluntati actus caritatis cum nova potentia ad amplius recipiendum, et hoc in infinitum, ergo quantumcumque caritas in aliquo augeatur, semper potest amplius augeri. Minor patet, quia quanto plus crescit desiderium conatus, tanto amplius crescit caritas, quae augetur per maiorem conatum. Sed quanto plus crescit caritas, tanto plus desideratur non habitum. Ergo quanto plus crescit caritas in viatore, tanto plus potest crescere, et sic plus habet de potentia ad augmentum.

750

755

760

Et si tu dicas quod quidquid potest Deus dare successive, potest dare simul. ergo si caritas potest crescere in infinitum successive, potest Deus eam infinitam infundere, quod falsum est, dicendum quod ex hoc argumento possemus concludere quod motus posset esse subito vel linea actu divisa in infinitum, quia Deus potest

765

752–753 Cf. AVER., *In Phys.*, III, comm. 68 (4, f. 117M–118A).

738 suppositum] *om.* BeW 743 habere perfectionem] esse BeW 753 ad] amplius *add.* BeEW 760–761 desideratur] desiderat BoKPi 765 infinitam] in infinitum BoKPi 766 posset] possit BoPi 767 subito] vel simul *add.* BoKPi

istum movere successive usque ad talem locum, ergo cum sit infinitae virtutis, potest subito; idem de linea.

770 Ideo dico quod non concludit, quia in his, quae dicunt actum permixtum potentiae, | licet possit esse processus in infinitum successive, non tamen possunt subito et simul produci secundum illud totum, ad quod erant in potentia, quia illud repugnat eis. Augmentum autem caritatis, licet dicat actum, dicit tamen eum ut 775 permixtum potentiae, scilicet ad semper amplius recipiendum. Ideo non sequitur.

G 14rb

Ad primum argumentum, quando dicit quod processus, qui sequitur formam etc., dicendum quod non oportet quod talis processus repe-
riatur universaliter in tali actu perfecto quod ultra non possit fieri
780 processus nisi in naturalibus, non autem in mathematicis. Et ratio est, quia potentia materiae non est infinita, sed finita in naturalibus et est tantum ad formas naturales, quae sunt finitae, quibus receptis in materia iam cessat et terminatur potentia materiae, ut iam non possit esse in potentia ad alias formas. Sed si per illas formas augeretur
785 super sua potentia ad amplius recipiendum, quamdiu augeretur sua potentia, tamdiu posset esse processus in appositione in formis naturalibus, sicut est in mathematicis, quia quantumcumque additur numerus numero, semper remanet potentia ad maiorem numerum recipiendum, quia per quamlibet unitatem additam numero semper
790 datur sibi nova potentia ad ulterius recipiendum augmentum. Sic autem est de caritate, quia, ut visum est, per quodlibet augmentum redditur voluntas capacior ad ulteriorem caritatem recipiendam, ut dictum est. Ideo argumentum non valet.

Ad secundum dicendum quod ex ipso modo arguendi apparet
795 defectus argumenti, quia cum dicitur quod caritas habet essentiam differentem ab esse, iam supponitur caritas esse, et talem caritatem secundum esse iam concessi esse finitam.

Ad tertium dicendum quod infinitas actualis repugnat caritati, non autem augeri in infinitum successive, ideo non valet argumentum,
800 ut in praecedentibus visum est.

<DISTINCTIO 18>

<QUAESTIO UNICA>

Utrum donum in divinis sit personale vel essenziale?

Videtur quod non sit personale, quia nihil, quod convenit essentiae, est personale. Sed donum convenit essentiae. Dicit enim Hilarius 5
VIII *De Trinitate*: essentia divina est donum, quod a Patre datur Filio, ergo est essenziale.

Praeterea, omne nomen connotans effectum in creatura est essenziale. Donum est huiusmodi, quia Spiritus Sanctus donum dicitur eo, quia donabilis est creaturae, ideo etc. 10

Contra. Quod convenit alicui personae in divinis secundum rationem originis est notionale. Sed donum est huiusmodi, quia convenit Spiritui Sancto, inquantum ab aeterno procedit, ut dicitur in littera, ideo etc.

Respondeo. Hic sunt tria videnda: primo ostendetur quod donum 15
proprie convenit Spiritui Sancto, ex quo apparebit secundum, scilicet quid dicat principaliter, tertio si Deus in eo quod Deus est donum, et ulterius quarto concludi poterit et apparebit qualiter sit donum nostrum.

4-7 THOM. AQU., *Sent.*, I, d. 18, q. 1, a. 1, arg. 2. 5-6 HIL. PICT., *De Trin.*, IX, 54 (CCSL 62, p. 433, 26-38). 8-10 THOM. AQU., *Sent.*, I, d. 18, q. 1, a. 1, arg. 1. 11-14 THOM. AQU., *Sent.*, I, d. 18, q. 1, a. 1, sc. 14 PET. LOM., *Sent.*, I, d. 18, 2, 3 (1/2, p. 153, 23-25).

1 18>] PRAETEREA DILIGENTER CONSIDERANDUM etc. Circa illam 18 distinctionem quaeritur primo *add.* Pi 10 quia] quod BeEW 15 ostendetur] erit ostendere BeEW *om.* G 17 tertio] tertium BeEW

20

<ARTICULUS 1>

Propter primum sciendum quod sicut dicit Philosophus in *Topicis*:
 “donum est datio irredibilis”, non quae recompensari non | valeat,
 sed quae recompensationem non quaerit. Et sic donum importat
 liberalitatem in dante. Et quia principium omnis liberalis collationis
 25 est amor, ideo amor habet rationem primi doni. Et ideo illi personae
 proprie convenit esse donum, quae in divinis procedit ut amor, illa
 est persona Spiritus Sanctus, ideo etc.

W 15vb

<ARTICULUS 2>

Ex quo potest videri secundo quod, si proprie accipiatur, quod est
 30 notionale, quia donum proprie acceptum dicit distinctionem a dante
 et ad id, cui datur, in divinis autem non est aliqua distinctio nisi
 originis, et ideo ex hoc dicit rationem doni aliquid in divinis quod
 aptum natum est alteri liberaliter communicari ab illo, a quo origi-
 natur. Tamen communiter accipiendo donum potest dicere aliquid
 35 essenziale, inquantum | aliquid se ipsum potest alteri liberaliter
 dare, tamen magis proprie est notionale.

Pi 20vb

<ARTICULUS 3>

Utrum autem sit eodem modo Deus et donum? Dico quod sicut hic
 huiusmodi esse dicitur multipliciter, ita esse aliquid alio dicitur
 40 multipliciter. Si autem quaeratur utrum eodem modo sit Deus et
 donum quantum ad identitatem rei, sic dico quod sic, quia omnia
 sunt unum et idem in divinis, ubi non obviat oppositio relationis.
 Deus autem et donum non opponuntur. Si autem intelligatur quod
 eodem modo sit Deus et donum quantum ad identitatem rationis,
 45 sic non est verum, quia cum Deus et donum ratione differant, non

21–27 THOM. AQU., *STh*, I, 38, 2, c.
 p. 76, 20–21).

21–22 ARIST., *Top.*, IV, 4, 125a 18 (AL 5, 1–3,
 29–36 Cf. THOM. AQU., *Sent.*, I, d. 18, q. 1, a. 1, c.

29 secundo] *om.* BeW
 40 modo] *om.* BeKW

38 Utrum autem] Sed utrum BeW
 44 modo] *om.* BeW

modo] *om.* BeW

eodem modo secundum rationem est Spiritus Sanctus Deus et donum, sed deitate est Deus, et donatione donum.

<ARTICULUS 4>

Sed quomodo possit Spiritus Sanctus dici donum nostrum? Sciendum
quod non dicitur de aliquo quod sit nostrum, nisi in quantum ad nos 50
habet habitudinem. Deus autem ad creaturas habet habitudinem
sub ratione principii et finis. Et ideo pronomina possessiva illis
solis nominibus divinis possunt addi, quae important respectum
Dei ad creaturas sub ratione efficientis et finis, sicut creator noster,
redemptor, salvator et quaecumque huiusmodi, quae significant 55
Deum esse principium effectivum. Similiter omnibus | illis possunt
addi, quae significant Deum esse finem nostrum, ut beatitudo nostra
et huiusmodi. Aliis autem nominibus – ut sunt sapientia, essentia,
Filius, Spiritus Sanctus et huiusmodi – non possunt convenienter
addi, quia non significant Deum sub ratione finis vel principii effec- 60
tivi. Ideo Spiritus Sanctus non dicitur donum nostrum, sed magis
datum.

Ad primum dicendum quod Hilarius accipit donationem large pro
quacumque communicatione, qua etiam aliquid potest se ipsum
dare, non proprie, sicut dictum est. 65

Ad secundum dicendum quod aliquod nomen potest connotare
effectum in creatura dupliciter: uno modo in ratione principii
effectivi, et quia eadem est operatio Trinitatis, ideo tale nomen
est essenziale, alio modo ita quod cum ratione principii effectivi
includit aliquid aliud ad originem pertinens. Sicut esse incarnat- 70
um importat operationem, quae est communis tribus personis,
et terminum operationis quod est suppositum divinum personae
Filii. Et tale non est dicendum essenziale, sed notionale, eo quod in

49–62 Cf. THOM. AQU., *Sent.*, I, d. 18, q. 1, a. 5, c. 63–65 Cf. THOM. AQU., *Sent.*, I,
d. 18, q. 1, a. 1, ad 2. 66–78 THOM. AQU., *Sent.*, I, d. 18, q. 1, a. 1, ad 1.

46 modo] *om.* BeW 47 donatione] *est add.* BeW 53 divinis] *om.* BoKPi 55 re-
demptor] noster *add.* KPi 61–62 Ideo ... datum] *om.* BeW 63 donatio-
nem] communiter vel *add.* KPi 70 includit] includat KW 72 operationis]
et *add.* KPi

significato suo notionale principaliter includit. Similiter dico quod
75 donum praeter respectum, quem importat ad id, cui est donabile –
qui respectus tantum est secundum aptitudinem, et non secundum
actum – includit respectum actualem ad id, a quo datur tamquam
habens auctoritatem super ipsum, ex quo habet quod sit notionale.

76 tantum] communis BoKPi

77 tamquam] ad *add.* BeKW

<DISTINCTIO 19>

<QUAESTIO 1>

Hic quaeritur utrum in divinis sit aequalitas.

Videtur quod non, quia aequalitas est commensuratio duorum distinctorum in quantitate. Sed in divinis non est commensuratio, cum Deus sit infinitus, nec quantitas, quia est sine quantitate magnus, ideo etc. 5

Contra. In *Symbolo* Athanasius: “tres personae coaeternae sibi sunt et coaequales”, etc.

Respondeo. Hic sunt tria videnda: primo quod in divinis est aequalitas et summa, secundo quod ibi est mutua aequalitas, tertio quod ratione huius aequalitatis Pater dicitur esse in Filio et e converso. 10

<ARTICULUS 1>

Primum patet sic, quia sicut unum in substantia facit idem, ita unum in quantitate facit aequale et unum in qualitate simile, ut habetur V *Metaphysice*. Licet autem in divinis non sit quantitas quantum ad suum genus, est tamen ibi quantum ad suas species, scilicet quantum ad id, quod est sibi proprium, sicut duratio et magnitudo, quae possunt esse fundamentum aequalitatis, nec ista differunt re ab essentia, sed tantum ratione. Ex hoc arguo sic: ubicumque sunt duo extrema ab invicem realiter distincta participantia eandem quantitatem et secundum eundem gradum, ibi 15 20

4–7 THOM. AQU., *Sent.*, I, d. 19, q. 1, a. 1, arg. 4. 8–9 THOM. AQU., *Sent.*, I, d. 19, q. 1, a. 1, sc.; ‘*Quicumque*’, p. 63, 26. 14–20 THOM. AQU., *Sent.*, I, d. 19, q. 1, a. 1, c. 15–16 ARIST., *Met.*, V, 15, 1021a (AL 25, 3.2, p. 113, 592–593).

3 Hic] Tertio BeEGKPi om. Bo 4 Videtur] Arguitur EW 8 Athanasius] Athanasii dicitur BoKPi 10 Respondeo ... tria] Dicendum quod tria sunt BeW 20 re ab] reali BoBePi arguo] arguitur BoKPi

est aequalitas et etiam perfectissima. Sed in divinis est distinctio personarum habentium eandem magnitudinem, virtutem et essentiam et secundum eundem gradum perfectionis, ergo in divinis est
 25 aequalitas et perfectissima.

<ARTICULUS 2>

Quantum ad secundum sciendum quod, ubi attenditur aequalitas inter aliqua duo quantum ad quantitatem molis, non oportet inter ea
 30 esse relationem similitudinis, quae attenditur secundum unitatem qualitatis inter aliqua plura. Possunt enim aliqui esse aequales, et tamen non esse similes. Ubi autem aequalitas attenditur secundum quantitatem virtutis et perfectionis, ibi necessario aequalitas supponit similitudinem et addit super eam. Unde haec tria se habent
 35 per ordinem: similitudo, aequalitas et adaequatio. Aequalitas enim super similitudinem addit paritatem, sicut aequaliter sunt alba, quae pari modo participant albedinem. Adaequatio autem addit super hoc imitationem, quod enim alteri aequatur, sit ad eius imitationem. Unde imago si perfecte implet illud, cuius est imago, adaequatur ei, et non e converso. Tunc ex his arguo sic. Omnis relatio
 40 equiparantiae est mutua et conversiva. Sed aequalitas est relatio equiparantiae, ergo est mutua et conversiva. In divinis autem est aequalitas, ergo mutua, non tamen est ibi adaequatio mutua, quia ex hoc aliquid alteri adaequatur, quod sit ad eius imitationem, sicut
 45 imago perfecta adaequatur ei, cuius est. Sed impossibile est quod | aliquid idem respectu eiusdem sit imago et exemplar. Ergo impossibile est quod inter aliqua duo sit mutua adaequatio.

Pi 21ra

<ARTICULUS 3>

Quantum ad tertium sciendum quod, si quaesitum fuisset a philosopho utrum aliquid secundum se totum posset esse in aliquo et
 50 e converso, patet quod dixisset non, | quia ipsi non poterant videre

W 16ra

28–47 Cf. AEGID. ROM., *Sent.*, I, d. 19, pars 1, q. princ. 1, q. 2, c. (f. 104Q–105E).
 Cf. THOM. AQU., *STh*, I, 42, 5, c.

49–58

51 ipsi] philosophi *add.* BeW

poterant] potuerunt BeW

quomodo una natura numero posset esse in pluribus suppositis, sed semper ad multitudinem suppositorum dicebant essentiam multiplicari. Sed nos, qui ponimus quod in tribus personis sit una natura numero et quod essentia a persona non differt realiter, sed tantum ratione, ideo necesse habemus ponere quod una est in alia secundum se totam, non tantum ratione essentiae, sed etiam ratione personae, nec tamen sequitur quod una persona sit in se ipsa. Cuius ratio est, quia haec praepositio ‘in’ est transitiva, ideo oportet quod semper sit distinctio inter illa, quorum unum est in alio. Unde cum una persona non sit distincta a se ipsa, sed eadem sibi ipsi, non erit in se ipsa, sed inter personas in divinis est personalis distinctio et convenientia in una essentia numero. Et ideo ratione identitatis essentiae et personalis distinctionis una erit in alia et e converso.

G 14vb Sed hic est unum dubium, quia si Pater est in Filio | et paternitas in Patre, ergo in Filio est paternitas. Sed illud, in quo est paternitas, est Pater, ergo Filius est Pater.

Dicendum quod non sequitur, sed aequivocatur ibi ‘esse in’. Sicut si dicerem sic: ‘Anima est in corpore, incorporeitas est in anima, ergo corpus est incorporeum’, non sequitur, quia anima est in corpore sicut forma in materia, sed incorporeitas est in anima sicut proprietas in subiecto et ideo variatur ‘esse in’. Sed si incorporeitas esset in corpore, sicut est in anima, teneret consequentia. Ita dico quod in proposito paternitas est in Patre sicut proprietas distincta et constitutiva, sed in Filio non sic, sed ibi est ratione identitatis essentiae. Ideo non valet.

Ad argumentum in oppositum dicendum quod aliqua possunt dici commensurata dupliciter: uno modo ponendo in utroque extremo eundem terminum quantitatis – et sic non est ibi commensuratio, alio modo privando excessum quantitatis ab utroque termino – et sic est ibi commensuratio, et non primo modo.

52 posset] possit BoG

54 sit] est BeEK

56 habemus] est hoc modo BoPi

62 in divinis] divinas KPī

65–66 et ... Patre] om. BeEW

69 ergo] incorpo-

reitas est in corpore add. BeEK

<QUAESTIO 2>

luxta hoc quaeritur sine argumentis utrum nunc temporis, aevi et aeternitatis differant vel sint unum nunc.

- 85 Dicendum quod sicut tempus mensurat motum, ita nunc temporis mensurat mobile. Unde sicut se habet mobile ad motum, ita nunc temporis ad ipsum tempus. Sed ipsum mobile est idem numero per totum motum variatum tantum secundum esse. Ergo nunc temporis est idem realiter per totum tempus variatum et differens secundum
90 prius et posterius.

Hoc supposito sciendum quod mensura durationis rei accipitur penes esse rei, quia tamdiu durat res, quamdiu habet esse, sed non econverso. Secundum hoc ergo dico quod tempus mensurat motum, sive esse mobilis inquantum motum, quod habet per motum,
95 et nunc temporis mensurat mobile habens talem motum. Aevum vero mensurat esse angeli, et nunc aevi mensurat angelum habentem tale esse. Eodem modo aeternitas mensurat esse Dei, sed nunc aeternitatis mensurat ipsum Deum sive essentiam divinam. Sed istae tres mensurae – scilicet tempus, aevum et aeternitas – realiter
100 differunt, quia eorum mensurata realiter differunt, ergo etiam nunc istarum mensurarum realiter differunt.

Ulterius sciendum quod nunc temporis realiter differt a tempore et hoc in duobus: primo, quia eorum mensurata realiter ab invicem differunt, scilicet motus et mobile, secundo, quia mensuratum
105 unius includit successionem, scilicet motus, mensuratum vero alterius non. Nunc vero aevi differt ab aevo realiter, quia scilicet eorum mensurata, scilicet angelus et esse angeli, differunt realiter, sed non secundum successionem, quia sicut angelus est sine successionem secundum suam essentiam, ita etiam secundum suum esse.
110 Sed nunc aeternitatis et aeternitas in nullo differunt realiter, sed tantum secundum intellectum, quia eorum mensurata non differunt

85–114 THOM. AQU., *Sent.*, I, d. 19, q. 2, a. 2, c.

94 inquantum motum] *om.* BeW

realiter nec secundum successionem, scilicet Deus et esse suum. Et sic patet qualiter ista nunc ab invicem differunt et etiam mensurae, et mensurata eorum.

<QUAESTIO 3>

115

Quaeritur hic de veritate in quo habeat esse utrum in rebus vel in intellectu.

Videtur quod in rebus, quia ab eo quod res est vel non est oratio dicitur vera vel falsa. Ergo magis est in re quam in intellectu.

Praeterea, si veritas habet esse tantum in intellectu, et non in re, tunc nihil esset verum, quod non intelligeretur, quod falsum est, quia Augustinus reprobatur quendam definitionem de veritate datam quod veritas est id, quod videtur. 120

Contra. VI *Metaphysicae* dicitur quod bonum et malum sunt in rebus, verum et falsum in anima. 125

Respondeo. Hic sunt tria videnda: primo quot modis dicitur veritas et quibus, ut appareat de qua veritate loqui intendimus, secundo ostendetur quod talis veritas principaliter et realiter est in intellectu, et non in re nisi secundum rationem, tertio tanguntur quaedam obiectiones contra dicta. 130

<ARTICULUS 1>

Circa primum sciendum quod, cum veritas nihil aliud sit quam conformitas rei ad suum prototypum vel exemplar, solet veritas rei

118–119 THOM. AQU., *STh*, I, 16, 1, 3; ARIST., *Cat.*, 3, 4b 8 (AL I, 1–5, p. 13, 9–10).
 120–123 THOM. AQU., *STh*, I, 16, 1, 1. 122–123 AUG., *Solil.*, II, 5, 8 (CSEL 89, p. 55, 8–9).
 124–125 THOM. AQU., *STh*, I, 16, 1, sc.; ARIST., *Met.*, V, 4, 1027b 26–28 (AL 25, 3.2, p. 131, 170–172).

112 nec] etiam *add.* BeW 113 ab] ad BeEW 116 Quaeritur hic] NUNC POSTQUAM etc.
 Circa istam 19 distinctionem quaeritur primo *add.* Pi 124 sunt] dicitur esse BeEW
 125 rebus] sed *add.* BeE 126 tria videnda] per ordinem declaranda BeE primo]
 primum est BeEW 130 obiectiones] obviaciones BeEW 133 rei] *om.* BeW

The present two volumes represent the first complete edition of the *Thomasina*, the work widely regarded as being crucial in the birth and development of the Thomistic school in late medieval theology and philosophy. The text was written at the very beginning of the 14th century by William of Godin O.P. (†1336), an important figure in the Dominican Order. William was active as a theology professor at the University of Paris but made his mark outside academia also: the Master of the Sacred Palace and a cardinal, he took part in many important events, such as the beatification of Thomas Aquinas and the investigation relative to Peter John Olivi's orthodoxy. His most famous work is the *Tractatus de causa immediata ecclesiasticae potestatis*, an apology of the Pope's supremacy.

The *Thomasina* is a commentary on the *Sentences*, covering the entire panorama of issues thought to be relevant for the university course of systematic theology, and is based directly on Thomas Aquinas's works, particularly on his *Scriptum super Sententias* and *Summa theologiae*.

The *Thomasina* arose in a particular moment, namely, following a period of discussions and critiques by eminent authors of the last quarter of the 13th century, i.e., by Giles of Rome, Henry of Ghent and William de la Mare, of the positions originally espoused by Aquinas. The *Thomasina* began life, therefore, as an essay to define and re-establish the core of St. Thomas's theology after a wave of criticism formulated by the preceding generation of thinkers. In the Dominican milieu, the *Thomasina* functioned, until the end of the Middle Ages, as a handbook of theology that presented the right interpretation of the thought of the Order's intellectual master.



w|drodze

Patronat medialny:



dominikanie.pl

w|drodze
miesięcznik

ISBN 978-83-7906-778-7



9 788379 067787